

» habet usque in tribus mantellis ad plus ; unum de blavo , unum de pao-
 » nacia de grana , & alium de Zamelloto undato , fodratos de zendali
 » cum frexiis aureis ; & aliqui sunt fodrati de Variis , & aliquæ quandoque
 » portant Capucium , & aliquæ non . Et aliquæ quandoque portant Ca-
 » pucium , & quandoque non ; sed portant vellos de seta , vel de bam-
 » baxio pulchros , subtiles , & albos . Dominæ Viduæ portant similia guar-
 » nimenta : tamen omnia de bruna , & sine auro & perlis , se solum
 » cum pomellis dicti panni de bruna tantum . Et utuntur Capuciis de bru-
 » na , vel vellis albis de bambaxio , vel de lino , subtilibus & albis .

» Similiter juvenes homines portant Cabanos , Barillotos , & Pellar-
 » das , longos & largos , longas & largas per totum usque in terram ,
 » & cum pulchris foraturis pellarum domesticarum & salvaticarum ; om-
 » nes de panno tantum , & aliquos de serico & veluto . Quæ indumen-
 » ta constant a Florenis XX. auri usque in XXX. Et etiam utuntur
 » mantellis magnis & longis usque in terram ; & etiam utuntur de man-
 » tellis curtis , qui tantum cooperiunt manus eorum . Homines antiqui
 » portant similia indumenta , & Capucios duplos de panno , & desuper
 » dictos Capucios portant Birettas pulcras de grana , non textas , non
 » futas , sed factas ad acum . Item dicti juvenes portant alia indumenta
 » curta & larga , & alia curta & stricta , & sic curta , quod ostendunt
 » medias nates , sive naticas , & membrum & genitalia : salvo quod por-
 » tant caligas de panno ligatas in quinque partibus ad Zuparellos cur-
 » tos & strictos , quos portant de subtus alia indumenta , quæ cooperi-
 » unt totas nates , membrum & genitalia cum dictis caligis . Et etiam
 » de subtus habent Zarabulas lineas strictissimas . Nihilominus ostendunt
 » formam naticarum , genitalium & membri . Quæ indumenta sic stricta ,
 » aliqua sunt de panno lineo , sive aliud supra ; & supra aliqua ex eis
 » ponunt bordaturas de argento , & serico ; & aliqui cum perlis , & ali-
 » qui plus , & aliqui minus . Et aliqua ex dictis indumentis sunt de ve-
 » luto , vel de serico de grana , vel de alio colore , vel de zamellotto .
 » Et dicta indumenta sic curta aliquantulum sunt longa de retro , & de
 » antea , quam a galono . Et aliquando cincti in medio super omnibus di-
 » ctis indumentis , & aliquando non . Et pro majori parte non portant
 » Capucium , salvo quod in hyeme ipsum portant . Qui Capucii sunt par-
 » vissimi cum becho , quasi usque in terram , ita quod omnes videntur
 » esse in foza , sic sunt parvi dicti Capucii , & stricti circum circa apud
 » ipsos . Tamen non sunt in foza . Caligæ portantur solatæ cum scarpis
 » albis , de subtus dictas caligas solatas , & in æstate & in hyeme ; &
 » aliquando portant scarpas & caligas solatas cum punctis longis uncia-
 » rum trium ultra pedem subtilibus . Omnes alii Cives Placentiæ tam
 » feminæ quam masculi , sicut solebant portare scarpas & caligas solatas
 » sine punta , nunc portant cum punctis parvis : quæ puntæ tam longæ ,
 » quam-